sempiternam. & in igne aeterno non cremari.
Gordianus uicarius dixit. Et quomodo securus
sum si hoc fecero, quia euado tormenta. Re
spondit scs ianuarius presbyter. & dixit ei. ego
tibi promitto in nomine dñi mei ihu xpi. quod
si toto corde credideris & baptizatus fueris.
omnium criminum tuorum delauabis sordes.
ita ut te inmaculatum dño ihu xpo offeras. Gor
dianus uicarius dixit. Da mihi mensuram cre
dendi. Scs ianuarius presbyter dixit. ut confi
tearis in nomine patris & filii & sps sci unã
deitatem. & poenitentiam agens ostendas te
peccasse. Tunc gordianus uicarius cum lacri
mis introiuit ad uxorem suam nomine marinã.
& enarrauit ei omnia monita sci ianuarii pres
byteri. Tunc uxor eius in ipsa hora noctis te
nens manum uiri sui. uenerunt simul ad scm
ianuarium presbyterum. & cadentes in terrã
miserunt se ad pedes eius. rogantes eum ut bap
tizarentur ab eo. clamantes se peccasse. Di
centes ad eum. redime nos a peccatis nostris.
Ad haec respondit scs ianuarius presbyter di
cens ad eos. Uidete si ex toto corde creditis. aut
ne quod uelamen in absconditis teneatis. quia
scio uos ab imperatore honorari. Respondit ma
rina & dixit. Unam similitudinem iouis datã
ab imperatore habemus repositam. qua sci mar
tyres cruciabantur. sed quid faciemus de ea
modo. tamen diuulgabo dño meo. per quam
& nos mereamur adipisci coronam uitae. dum
conflata a nobis fuerit. Eadem autem hora
introduxit marina beatum ianuarium presby
terum in cubiculum suum. & ostendit ei simu
lacrum iouis aereum deauratum. & tripodam
aeream. quod simulacrum adprehendens cũ ara
beatus ianuarius. accenso igne conflauit eam. & illud
proiecit in cloacam. & sic cum magno gaudio ca
tecizauit gordianum cum marina uxore eius.
& familia eorum promiscui sexus numero quin
quaginta tres. quos etiam cum dominis suis bapti
zauit. Eodem uero tempore post dies quattuorde
cim misit ad gordianum uicarium iulianus impius
simus caesar tribunum suum nomine clementia
num. dicens ei. Uade & uide si declinauit ad sacri
ficandum deo magno ioui ianuarius presbyter.
aut si non persuasisset ei. & tunc sub uoce praeco
nia in foro traiano fustibus caedatur. & factum ẽ
hoc quod praeceperat imperator clementiano. Re
spondens autem gordianus. dixit ad clementianũ.
O clementiane si cognoscas esse dñm ihm xpm.
minas & terrores hominis mortalis non timebis.
sed magis uidebis uitam aeternam sicut & ego ui
di iam paratam mihi. nam sacerdotem scm ego ho
norabo. non iniuriabo. quem ego uidens merear
pedes eius osculari. per quem & saluatus sum.
Tunc clementianus pergens ad palatium uocife
rando dicebat. summum magum ianuarium. qui
uicarium tuum gordianum declinauit suis magi
cis artibus. Cumque introiret ad imperatorem
iulianum. dixit ei. Ianuarium quem pietas tua
per ingenium litterarum cursu laudabat. hunc
cognouimus magum esse. qui etiam & subuertit
uicarium tuum gordianum cum omni domo sua
& uxore. quos etiam & baptizauit. & deos rei pu
blicae nostrae conflator in igne in marra abscondit.
Tunc iulianus impiissimus imperator iracundia
plenus. iussit in scriptionibus damnari scm ianu
arium presbyterum. & beatum gordianum.
Cui etiam & successorem dedit clementianum in
loco eius esse uicarium. Ipsum uero gordianum
praecepit ut custodiae publicae manciparetur.
Uxorem autem eius marinam in quadam uilla
quae uocatur aqua saluias in seruitio rusticorum
opprimi. & iussit ut gordianus sub iudicio cle
mentiani esset audiendus. Eodem uero tempore
praecepit clementianus in telluris templo sibi tri
bunal praeparari. & uinctum catenis beatũ gor
dianum ante se praesentari iussit. quaedam clemen

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_846/0184